



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum blasphemia semper sit peccatum mortale.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



hionem diuine potencie loquuntur oppositum eius, quod creditur. Quare ergo in litera non numerantur nisi duo prima. Secundum dubium est circa primum membrum, si in opinione intellectus tantum & dubitatur ex duplici capite. Primo, quia derogatio, que in sola opinione falsa de Deo, consistit, non est blasphemia, sed erroris, & ignorantie consecutio.

Blasphemia enim est in genere peccatorum mortalium fit, non inuenitur in solo actu intellectus, quoniam absque uoluntate nullum est peccatum in moralibus. Secundo derogatio, que consistit in falsa de Deo opinione intellectus tantum, si est uoluntaria, est peccatum in fidelitate: apert hoc aut blasphemia est species infidelitatis, quoniam non consonat supra dictis, aut blasphemia non consistit in sola opinione intellectus. Est & tertium dubium conueniens cum primo. Quomodo de ratione blasphemie sit falsitas, ut in litera infirmitate in corpore, & in responsione ad uerbum. Et expressis in responsione ad primum dicitur, quod ille, qui contra Deum loquitur, consuetum intere intendens, derogat diuine bonitati, non solum secundum ueritatem intellectus, sed etiam secundum prauitatem uoluntatis. Et est ratio dubii, quia contingit blasphemare in ignominiose, nominando pudenda membra Christi, que habet, & etiam ipsam altitudinem, & iustitiam, & potentiam Dei. Tunc enim nulla est falsitas. Ad eundem etiam horum, ex quibus pendet intellectus totius materie de blasphemia, tria declaranda sunt. Primo in quo actu consistit blasphemia. Secundo, quomodo in illo inuenitur semper falsitas. Tertio, autem se habet ad illum fides, & malignitas. Quod ad primum, sicut in fide inuenitur duo. I. ad sententia articulis fidei & dicere locutione exteriori, uel interiori ea, que sunt fidei: & primum pertinet ad ipsam fidem, secundum ad confessionem fidei iuxta illud. Creditur propter quod locutus sum ita in infidelitate inueniuntur duo. I. assensus ad ea que sunt fidei, & dicere intus, uel extra cotraria his que sunt fidei. II. primum horum spectat ad infidelitatis uitium & illius species: secundum autem ad blasphemiam uerbum, ita quod blasphemiam consistit in dicere intus, uel extra contra Deum. Et quoniam semper in materia morali, cum de actibus est sermo, intelligitur de uoluntatis, ideo intelligas, quod blasphemiam con-

Asistit in dicere uoluntario contra Deum. Et quoniam dicere multipliciter contingit. si enuntiatu e imperatiue, & optatiue, quocumque modo dicat quis contra Deum, blasphemia est.

Quo ad secundum, discurrendo per singula patet primo i blasphemiam enuntiatu semper esse falsitatem in tribus modis in litera positus. In quarto autem (qui tamen non est alius a predictis. s. cum aliquis ignominiose nominando membra pudenda se su Christi, uel sanctorum, que in ueritate habent) falsitas inuenitur, quia cum non derogetur Deo ex hoc quod dicatur talia habere, sed ex eo quod ut uis peribilia dicuntur i actu exercitio, consequens est, ut falsum dicatur, quoniam nihil habent sancti uituperabile. Et licet blasphemiam huiusmodi non dicant in actu signato, sanctos habere aliquid uituperabile, satis tamen hoc dicunt in actu exercitio ex modo dicendi, ignominiose enuntiatu do. Neq. in solo uocabulo significatio enuntiatu, sed etiam nutu, & signis alius, in blasphemiam autem optatiue, imperatiua, & si qua est alia eiusmodi, falsitas non consistit in enuntiatione eius, quod est, uel non est: sed ut sit uel non sit, quod non potest, uel decet esse.

per locutionem, est oris blasphemiam. Et secundum hoc blasphemiam confessioni opponitur.

Ad primum ergo dicendum, quod ille qui contra Deum loquitur, consuetum inferre intendens, derogat diuine bonitati non solum secundum uanitatem intellectus, sed etiam s. m. prauitate uoluntatis detestatis, & impedientis pro posse, diuinum honorem: quod est blasphemiam perfecta.

Ad secundum dicendum, quod sicut Deus in sanctis suis laudatur, in quantum laudantur opera, que Deus in sanctis efficit: ita & blasphemiam, que fit in sanctos ex consequenti in Deum redudat.

Ad tertium dicendum, quod secundum illa tria non possunt, proprie loquendo, distinguere diuersas species peccati blasphemie. Attribuerentur enim Deo, quod ei non conuenit, uel remouere ab eo, quod ei conuenit, non differunt nisi secundum affirmationem, & negationem: quod quidem diuersitas habitus speciei non distinguit, quia per eandem scientiam innotescit falsitas affirmationum, & negationum: & per eandem ignorantiam utroque modum erratur, cum negatio probetur per affirmationem, ut habetur in 1. Postea. Quod autem ea que sunt Dei propria, creaturis attribuatur, ad hoc pertinere uis, quod aliquid ei attribuat, quod ei non conueniat. Quicquid enim est Deo proprium, est ipse Deus. Attribuerentur autem id quod est Dei proprium, alicui creaturæ, est ipsum Dei dicere id e creaturæ.

ARTICVLVS II.

Utrum blasphemiam semper sit peccatum mortale.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod blasphemiam non semper sit peccatum mortale. Quia super illud ad Col. 3. Nunc autem deponite & uos &c. dicitur gl. Post maiora, prohibet minora: & tamen subdit de blasphemiam, ergo blasphemiam inter peccata minora computat, que sunt peccata uenialia.

Quo ad tertium, Blasphemiam posset esse cum fide, & sine fide. Contingit in utroque modo dicere, quod Deus non potest facere hoc, uel illud. Et hoc non solum uerbo exteriori, ut patet, sed etiam interiori. Potest enim quis credens Deum omnipotentem, uelle dicere secum, ut iniuriam Deo faciat, quod Deus non potest, & delectari in hoc mendacio, quia potest concipere oppositum eius, quod credit & scit, quamuis non possit tali opposito assentire. Et licet omnis blasphemiam, ut dictum est, quia est uoluntaria, sit a uoluntate mala, non tamen omnis est cum uoluntate affecta

Secunda Secunda S. Thomæ. E 3 ad

Ad co 3. le. 2

Et gl. Amb. in istum locum. 10. 5.



ad derogandum diuinae bonitati, sed aliqua tantum, ut in litera dicitur. Sicut omne credere est uoluntarium, non tamē omne credere est a uoluntate affecta charitate Dei. Habet enim malitia haec, de qua est sermo in litera, se ad blasphemiam, sicut charitas ad fidem.

¶ Ex his autē facile patet solutio dubiorum. Nam ad primum dicitur, quod distinctio est sufficientis, si bene intelligatur. Potest enim intelligi dupliciter. Primo, quod ad blasphemiam omnē concurrat falsitas enunciativae: & in hoc sensu malo procedit argumentum. Secundō quod concurrat falsitas uel enunciativae, uel quocumque alio modo. Et sic uerū est, quod dicitur, & nulla est blasphemia, in qua non sit falsa opinio hoc modo. Et per hoc etiam patet solutio tertij dubij. Nam conuincendo, uel irridendo nominates potentiam, excellentiam, uel quocumque aliud diuinum, dicunt aliquo modo illud ut uiluperabile, quod longe est ab omni re diuina, ut de pudendis dicitur.

1. a. q. 74. an. 10.

1. a. q. 74. ar. 1. & q. 88. ar. 1.

At. preced.

At. preced.

¶ 2. Preter. Omne peccatum mortale opponit alicui precepto decalogi: sed blasphemia non uidetur alicui eorum opponi. ergo blasphemia non est peccatum mortale.

¶ 3. Preter. Peccata quae abique deliberatione committuntur, non sunt mortalia, propter quod primus motus non sunt peccata mortalia, quia deliberationem rationis praecedunt, ut ex supra dictis patet: sed blasphemia quandoque absque deliberatione procedit: ergo non semper est peccatum mortale.

SED CONTRA est, quod dicitur Leuitico. 24. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur: sed poena mortis non inferitur, nisi pro peccato mortali: ergo blasphemia est peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, peccatum mortale est, per quod homo separatur a primo principio spiritualis uitae, quod est charitas Dei. Unde quocumque charitati repugnat, ex suo genere sunt peccata mortalia. Blasphemiam autem secundum genus suum repugnat charitati diuinae, quia derogat diuinae bonitati, ut dictum est, quod est obiectum charitatis. Et ideo blasphemiam est peccatum mortale ex suo genere.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod glossa illa non est sic intelligenda, quod omnia, quae subduntur, sunt peccata mortalia: sed quia cum supra non expressisset nisi maiora, postmodum etiam quaedam minora subdit, inter quae etiam quaedam de maioribus ponit.

AD SECUNDUM dicendum, quod cum blasphemiam opponat confessioni fidei, ut dictum est, eius prohibitio reducitur ad prohibitionem infidelitatis, quae intelligitur in eo, quod dicitur. Ego sum Dominus Deus tuus &c. uel prohibetur per id quod dicitur. Non assumes nomen Dei tui in uanum. Magis enim in uanum assumit nomen Dei, qui aliquod falsum de Deo asserit, quam qui per non-

mus dicit, constituit blasphemiam peccatum in tali materia. Et quia materia haec, quae obiectum est eadem specie, consequens est, quod peccatum in litera dicitur, quod habet grauitatem infidelitatis, quod est ex genere suo, sicut & infidelitas. Et consequens est, quod in materia dicitur, quod in blasphemiam, quae est infidelitas, quae est in hoc, quod est falsum dicere de Deo, non est in infidelitate est uoluntas, quae est sentire falsum de Deo, non tamen semper adest uoluntas, quae in litera dicitur aggravare. Propter

dicatur, quod eadem est ratio de detractione. Et laudatur Dominus Iesu, & interrogantibus, Propheta dicitur, & Dei est eiusdem speciei, est quia sancti in se habent nihilque damnationis est his, qui sancti in Christo sunt.

me Dei aliquid falsum confirmat.

AD TERTIUM dicendum, quod blasphemiam potest absque deliberatione ex surreptione procedere dupliciter. Uno modo, quod dicitur esse blasphemiam: quod potest contingere, cum aliquis subito ex aliqua passione in uerba imaginata prorumpit, quorum significationem non considerat, & tunc est peccatum ueniale, & non habet proprie rationem blasphemiae. Alio modo, quod aduertit hoc esse blasphemiam, considerans significationem uerborum: & tunc non excusatur a peccato mortali, sicut nec ille, qui ex subito motu irae aliquis occidit iuxta se sedentem.

ARTICULVS III.

Utrum peccatum blasphemiae sit maximum peccatum.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod peccatum blasphemiae non sit maximum peccatum. Malum enim dicitur, quod nocet, secundum Augustinum in Enchiridion: sed magis nocet peccatum homicidii, quod perimit uitam hominis, quam peccatum blasphemiae, quod Deo nullum nocumētū potest inferre. ergo peccatum homicidii est grauius peccato blasphemiae. ¶ 2. Praeterea: qui iuratur, inducit Deum testem falsitatis, & ita uidetur cum asserere esse falsum: sed non equibet blasphemus usque ad hoc procedit, ut Deum asserat esse falsum. ergo periurium est grauius peccatum, quam blasphemiam. ¶ 3. Preter. Super illud Psalmi. 47. Nolite extollere in altum cornu uestrum dicitur gl. Maximum est uitium excusationis peccati. non est ergo blasphemiam est maximum peccatum.

SED CONTRA est, quod Isaias. 48. super illud, Ad populum terribilē &c. dicitur gl. Omne peccatum, blasphemiam comparat, leuius est.

REPON. Dicendum, quod sicut

mus dicit, constituit blasphemiam peccatum in tali materia. Et quia materia haec, quae obiectum est eadem specie, consequens est, quod peccatum in litera dicitur, quod habet grauitatem infidelitatis, quod est ex genere suo, sicut & infidelitas. Et consequens est, quod in materia dicitur, quod in blasphemiam, quae est infidelitas, quae est in hoc, quod est falsum dicere de Deo, non est in infidelitate est uoluntas, quae est sentire falsum de Deo, non tamen semper adest uoluntas, quae in litera dicitur aggravare. Propter